

Exercitus Ētruscus contrā Rōmam incēdēbat. Bellum erat, et identidem multī Rōmānī interfectī erant. Iam Rōmānī erant perterritī et incipiēbant trāns flūmen in urbem fugere. Mox stābant tantum trēs mīlitēs Rōmānī: Horātius Lārtiusque Herminiusque.

Exercitus Ētruscus hōs mīlitēs repellēbat. Tamen in urbem nōn fūgērunt, sed in ponte in ordine stābant.

Horātius Lārtiusque Herminiusque pontem dēfendērunt. Subitō Horātius Lārtium Herminiumque pontem delēre iussit.

Iam tantum Horātius contrā exercitum tōtum dēfendit. Tantum Horātius identidem Etruscōs reppulit. Tandem Lārtius Herminiusque pontem dēlēvērunt.

Horātius in flūmen cecidit et ad urbem natāvit. Nam exercitus Etruscus trānsire nōn potuit. Itaque mīlitēs Ētruscī pīla ad Horātium iaciēbant. Ūnum pīlum Horātium pulsāvit et ille in clūnibus vulnerātus est.

Horātius natāre continuāvit et ad urbem potest advenīre. Postquam Horātius ad urbem nātāverat, omnēs Rōmānī clāmāvērunt, "Euge Horātius!"

Postquam Horātius pontem dēfendit, Rōmānī erant laetī. Porsenna, rēx Ētruscus, tamen, nōn erat laetus, sed īrātus. Porsenna exercitum nāvēs facere et Tiberim flūmen obsidēre iubēbat. Porsenna exercitum circum Rōmam incēdere et urbem obsidēre iubēbat.

Mox Rōmānī cibum capere nōn poterant. Iam Rōmānī nōn erant laetī, sed famēlicī. Porsenna rīdēbat. "Rōmānōs nōn oppugnābimus," dīxit, "sed vincēmus."